



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

50. An & quatenus Concilium Trident. derogare censeatur exemptionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

- 1 N hoc articulo surreptionis ab omnibus distingui solet inter rescripta justicie, & rescripta gratie, seu privilegia ut illa surreptione non videntur ipso jure. Hæc autem quacumque surreptione etiam si ex simplicitate proveniat, ipso jure videntur. Abb. Fel. § DD. cap. super litteris de rescript. Jason. l. qui cum se n. 4. ff. de Re iud per l. si dubitetur §. na demum ubi Bartol. ff. de fidei ius. Doct. Paris. cons. 4. nu. 26. & seq. par. 2. late Menoch. de arbitr. iud. casu 201. & 202. Fel. in Repert. vers. surrep*tio* non dolosa vitia, privilegum. Idque etiam est ex mente Rebuffi; qui sic loquitur in praxi beneficiorum par. 1. tu. differentia inter rescripta, &c.
- 2 Rescriptum seu privilegium Exemptionis si per surreptionem obtineatur, an si ipso jure nullum? videtur quod sic ad instar rescripti Avocatorii, quod surreptione ipso jure nullum est, quia judici, hic autem Episcopo fit contumelia, eo quod evocatur aur eximitur quis ab eius jurisdictione sine sua culpa. DD. cap. ex litteris de officio deleg. Fel. cap. ad audienciam 2. fallent. Decima de rescript. Franc. cap. 1. de litis cont. in 6. ita ille. Quod postmodum alii plurimi confirmarunt. Ant. Milis in Repert. verb. privilegium redditur fol. 372. & verb. priv. lego fol. eod. Item verb. Gratia sive fit indulgentia fol. 179. Bonacurso in praxi tit. de impedim. qua contra rescripta.
- 3 Unde omnia exprimenda sunt, & de omni eo facienda est mentio, quod Principem ad alter atque alter concedendum mouere posset. c. constitutus de rescript. c. super litteris c. postulatis. c. in nostra ubi Abb. & Fel. late de Rescr. not. in c. duum de probend. in 6. Id quod & alibi tradidimus, dum probavimus quod in impetracione rescriptorum iustitiae adversus Exemptos facienda sit mentio exemptionis infra h. 2. q. 3.
- 4 Confirmatur ex traditis per Mandosium & Doctores ab eo allegatos afferentes, privilegia & literas beneficiales quo ad nullitatem ex surreptionis vita inducendas parificari. Innocent. c. cum. dilecti de rescript. Abb. c. ad audienciam 2. n. 14. vers. quod autem dixi in litteris impetratis ad beneficia de rescript. ubi etiam Doctores. & ita in speciem decidit Rota prout det. Guido ben. 87. incipit fuit tantum 19. Decembris. Mandosius in signatura grata tit. protonotarii col. 4. sub fine, Exemptionum autem privilegia juris odiosi censeri, supra satis à nobis traditum est, bb. I. cap. 4.

Q VÆSTIO L.

An & quatenus Concilium Tridentinum censeatur derogare Exemptionibus.

S U M M A R I U M.

1. A quo tempore incipiat ligare Concilium. 2. Quid si dubitetur de mente Pontificis.
3. Vicimores praefontantur citius sive con-
- stituto-

4. *Situationes Principum. Lex non ligat, nisi duobus post publicationem mensibus.*
4. *Promulgatio de essentia legis, & quare in dubio recepta presumuntur.*
5. *Lex in curia promulgata, an liget Provinciales. In conscientia excusat.*
6. *De Stylo Romano lex in curia promulgata ligat omnes, Regula Cancellaria ligant omnes.*
7. *De jure requiritur publicatio in provinciis, secus de sylo.*
8. *Lex non recepta an liget.*
9. *Lex promulgari videtur cum conditione, si recipiatur.*
10. *Videatur suspensus esse tantisper effectus legis.*
11. *Injusta causa excusat ab observatione legis.*
12. *Lex non presumitur recepta.*
13. *Quid si non recipiatur per ignorantiam.*
14. 15. *Desuetudo legis.*
16. *Lex Papæ enervatur, quam Provinciales ignorant.*
17. *An sint paria leges revocari, vel non recipi?*
18. *Semel extinctum non reviviscent.*
19. *Rescriptum ipso iure nullum, & validum, sed exhibile different.*
20. *Concilium Trid. quo ad mores non receptum, refutetur esse in suspenso.*
21. *Lex ob ignorantiam non recepta, ligat statim habitu scientiæ.*
22. *Obligentur omnes ad observantiam Concil. Trid.*
23. *Pontificis est interpretari Concil. Trid.*
24. *Concilium Trid. leges non ligant probabilitate ignorantes.*
25. *Ignorantia excusat à pena legis.*
26. *Constitutiones reformatoria Concil. Trid. non obligant ubi non sunt recepta.*
27. *Quanto tempore tollatur lex.*
28. *Bulla ligant Provinciales, quamvis non publicentur, secus si non recipiantur.*
29. *Excipitur Cane Domini.*
30. *Quatenus posteriores constitutiones derogant Concilio Trid.*
31. 32. *Papa solus derogare potest Concilio.*
33. *In derogatione requiritur specifica mentio.*
34. *Fallit, nisi derogetur ex certa scientia.*
35. *Quando id fieri censetur.*
36. *Constitutio papalis, an allegari debet in judicio.*
37. *Constitutio notoria non est alleganda.*
38. *An instar consuetudinis notoria.*
39. *Constitutiones papales, an afficiant regnat temporalia.*
40. *Auctoritas Regum & Pontificis non est miscenda & confundenda.*
41. *Pontifex quatenus auctoritatem habet in Principes seculares.*

A Rdua hæc est quæstio: ad cujus explicationem resolutionemque priusquam veniamus, non erit abs re, si intericiantur aliquot quæstiones non minus utilles, quam scitu per necessariæ. Quarum prima sit, à quo tempore incipiat ligare Constitution, lex, seu Concilium.

Dico 1. Constitutionem non ligare ante lapsum temporis constituti à legislatore expresse volatis, legem non ligare ante lapsum certi temporis, sed tantisper esse in suspensi.

Q 2.

sospenso glo. Franc. in data sexi Decret. n. 11. & seq. ubi DD. late Menoch. de arbitr. judic. cap. 186. per tot. Botteus tract. de Sinodo art. 3. Concl. 1. n. 1. & seq. Dolle Guynoir. ad prag. sanctionem tit. de conclusione Ecclesie Gallicanae §. nos ignor. glo. ver. publicatione, id enim plane à voluntate legislatoris penderet, qui si velit legem statim à publicatione ligare, viresse sortiri, ligabuntur confessim, non modò scientes legis promulgationem, & cum singula de prabend. in 6. glo. Clem. 2. in verb. ex tunc de hereticis. Franc. d. n. 11. & seq. sed etiam ignorantes, justa & excusabilis ignorantia, quo ad irritationem aëtus, licet tamen non quo ad peccatum seu peccatum, Abb. cap. 2. n. 7. de consti. ut Felim. & alii glo. in d. Clem. 2. & in data sexi Decretal. Puteus Decis. 281. li. 1. Guimer. d. glo. in verb. publicatione.

2 Secunda quæstio, si sit dubium, ligabitur ante duos menses post publicationem? Distinguendum est, si sit lex inferioris à principe, statim incipiet ligare subditos à tempore scientiæ. Fel. Abb. dec. & DD. d. cap. 2. de consti. Ita intelligendus est Guimer. ad pragmat. sanct. tit. de concubinariis in pr. in glo. verb. duos menses, nullo enim jure caveretur, quod vinculum legis inferioris à principe differatur, ergo non est id dicendum, erubescimus enim sine lege loqui. cap. consulaisti 2. qu. 4. §. consideramus. Aut. de triente & semisse I. illam C. de collat. ad præsumendum autem scientiam hoc in casu tempus est arbitriarium, ita, quod viciniores præsumantur citius alii id scivisse. Abb. d. cap. 2. n. 8. arg. cap. quosdam cap. quanto de presumpt. Si vero sit lex veri Principis, non videbitur ligare subditos etiam scientes illius promulgationem ante lapsum duorum mensium, velut contra Panormitanum, Imolam, Elinam, & Hieronymum à Sorbo Capuccinum, qui dicit esse communem opinionem, in Annotatioibus ad Bullam de largitione munierum in compendio privilegiorum minorum &c. fol. 198 Concludit insignis Navarrus sequendo glossam in data sexi. Antoninum & Decimum in d. cap. 2. ubi Navar. in. 1. & 2. let. Decimum cap. 1. n. 19. de possest. Pralat. inquietus, quod per Authenticam disputationem reperitur leges non ligare, nisi duobus post promulgationem mensibus, Aut. ut facta nova constitui. collat. 5. tum, quia dilatio duorum mensium conceditur, non modò ut legis promulgatio omnibus innotescat, sed etiam ratione paritatis, ne unum incipiat ligare antè alium, quod foret occasio iżarum & imparitatis subditorum. Paulus de Leasor. in pram. Clement. §. munc igitur n. 41. tum, quia quemadmodum scientia legis latera non ligat ante illius promulgationem, ex quo promulgatio perhibetur esse de essentia legis quamvis conciliatis, ut notavit Decius contra Panormitanum d. cap. 2. S. Thomas in 1. 2. queſt. 90. art. 4. ita pati ratio ne scientia legis promulgata ligare non debet, donec lapsum sit tempus duorum mensium constitutum pariformiter omnibus ad ligandum. Utrum autem constitutio, in dubio recepta præsumatur, tradidimus infra, lib. 4. queſt. 66.

3 Tertiò, utrum lex promulgata in Curia Principis liget Provinciales seu subditos in Provincia degentes post duos menses à tempore publicationis factæ in Curia Principis.

Principis? Pro negativa est expressa Authentica, statuens, quod lex nova non obligat provinciales, nisi post duos menses à publicatione in eorum provinciis facta. *d.*
*Auct. ut facta nova consit. lo. Andi super data sexti, jure autem Canonico nihil è contra dispositum est, ergo sequendum jus civile, cap. i. de novi oper. nunt. ubi DD. Se-
 condò, non desunt Constitutiones etiam factae in concilio generali, quas Pontifices
 non voluerunt ligare ante publicationem factam à Pralatis cap. cum insermitas de
 peau. & in Conc. Trid. fess. 24. cap. i. de Reform. videretur enim durum, quod varia
 Bullæ & constitutiones, quæ quotidie emanant, ligarent post duos menses in extre-
 mo orbe habitantes. Tertio, facit autoritas Cajetani in curia versati, qui sic scribit.
*Quod si Roma nova lex promulgatur, & nec curia ipsa curat, ut promulgatio ad Ec-
 clesiæ Cathedrales perveniat, nec Prælati quib[us] sunt, insinuant suis Ecclesiis, accu-
 sari nec apud Deum, nec apud homines ignorantes possint absentes nesci, ita ille in**

2. ques. 90. art. 4.

*Quarto, æquitas juris quæ juste ignoranties excusat à lege & pena legis, cap. 2. de
 consu. cap. proposuisti dist. 82. v. infra ques. 7. vers. Nihilominus. Pro affirmativa au-
 tem quam praxis servat, imprimis stat autoritas glossa in data sexti, sequeretur e-
 dum, quod sextus decretalium non haberet vim legis variis in provinciis, in quibus
 nec publicatus unquam fuit.*

Secundò, confuetudo & stylus Urbanus habet, quod judices Romani judicent secun-
 dum constitutiones Papales promulgatas in locis consuetis, qui stylus habet vim le-
 gis, cap. quam gravi de criminis falsi præses in loco à stylo. In multis Episcopi residentes
 in suis Episcopatibus curant sibi adferri novas, qualunque extravagantes, juxta quas
 ad instar judicium Romanorum caulas in suis dictæ cesibus decidunt, nec malè, stylus
 enim & confuetudo Rom. curia observanda est etiam in aliis locis inferioribus. Spec.
 de appellat. §. officio n. 14. Fel. cap. quoniam § porro ut lite non contit. Comes in prem. regi
 Cancell. ques. 2. Menoch. cons. 257. n. 52. & seq. lib. 3. pertex. cap. fuiusm. de satisfact. Gra-
 vat ad vestrum lib. 5. cap. 3. n. 6.

Tertiò, Regula Cancellariae ligant in Francia, ac ubivis terrarum, quæ tamen
 non publicantur extra curiam, Cassador. cons. 10. viso processu col. 5. Capell. Tholos. decif.
 444. incip. Item fuit quasitum, licet, ut faciant jus extra curiam, debent impetrari à Pa-
 pa vel Vicecancellario, & produci in actis, alias non ligant & sententia lata vigore
 earum efficit nulla, ut plena manu ostendit Ioannes à Chokier frater meus in Rub.
 Regularum Cancellaria, cuius commentaria jam edita sunt.

Quartò urget, quod S. Thomas dicit. d. 1. 2. ques. 90. art. 4. quod subditi absentes
 à legi promulgatione obligantur, quia illa devenit, vel verisimiliter devenire potest
 in eorum noticiam.

Postremò, pro hac conclusione multa adfert Gregorius Branden. super concor-
 datis inter S. sedem & nationem Germanicam ques. 2. num. 9. ques. 4. num. 4.
 & seq.

& seqq. lo. Monachus cap. in generali de Reg. iur. in 6. Imol. in præm. Clem. Berouc cap. cog-
noscens n. 49. & seqq. de const. Menochius, de arbitr. iud. quæst. 185. nn. 8. & seq. ubi ha-
questio exalte discutitur.

7 Certe, in hoc conflietu opinionum, prior opinio negativa in jure videtur magis
fundata, quæ maxime obtinet in legibus sacerularibus, at vero posterior in usu &
praxi Romana receptiore est, & proinde in judicando sequenda. Conditi enim
Canonum, velut summo Pontifici & Christi vicario, subiecta est omnis creatura,
,, cap. decreto 2. quæst. 6. Unde Nicolaus Papa ad clerum Constantinop. Si, inquit,
,, decreta Rom. Pontificum non habetis, de neglecto & incuria estis redargundi, si
verò habetis, & non observatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi, cap. si
decreta. dist. 20. late Gregor. Sayrus in Thesauro Theol. moralis par. 1. lib. 1. cap. 18. num. 31.
& 33. ubi probat affiotiones seu publicationes factas in valvis S. Petri, ligare per ro-
tum orbem in foro contentio lo, licet in foro conscientiae aliud sit. Angel. in summâ
verb. excommunicatio 7. casu ult. num. 3. Et ita sacra congregatio respondit Episcopo
Leodiensi, Concilium Trid. ligare Leodienses, licet ibi neendum tunc per Episco-
pum fuisse publicatum. Sac. cong. in declarat. Concilii Trid. in fine fol. 143. Nec in hac
conclusione est aliquid iniquum vel durum, nam præsupposita veritate, ejusdem
provinciales non obligantur ante tempus, quod vir bonus seu iudex arbitrabitur
esse sufficiens, ut illi, de quibus queritur, sciens promulgationem, attenta distantia
provincie, habitantium Romæ, & venientium ad eam, & redeuentium ab ea. late Me-
noch. d. casu 185. Nec remoratur Cajetanus, quia is nescios excusat tantum, non au-
tem eos, qui scire possunt aut debent, paria enim sunt scire aut scire debere. & quid eff.
& cert. pet.

Quarta quæstio. An lex non recepta liget? Quod liget, mordicus affirmat, ac
probare variis auctoritatibus putat, Georgius Branden, in concordat. Germanicae
Nationis quæst. 3. & 4. Verum ego libentius adhæreo pio illi & magno Navarro in
manuali cap. 23. n. 40. & 41. & 62. vers. decimo & in cons. 1. nn. 23. de const. & tract. de
iuris quæst. 7. tom. 1. ubi disputat de extravagante non recepta & tract. de oratione cap.
22. num. 98. Quem plurimi alii non minimæ etiam auctoritatis sequuntur, Flaminius
de confidentiis quæst. II. n. 19. & seqq. ubi dicit, quod legi non recepta possit contrave-
niri absque metu pena, per tex. cap. de libellis ubiglo. dist. 20. Barib. l. ult. §. sed cum man-
equitas. Cade curas. Furius figo. & D. D. ca. I. de Treuaga & pace. Petrus Gregorius Syntag. in-
ris lib. 17. n. 30. late Aufrier. rep. cap. 1. not. 10. de offic. ord. Rebuffus super concordat. Rubr. de
coll. §. prefatiq. ordinariis, ubi dicit, quod Galli non recepserunt constitutiones Burales
Pape. Menoch. lib. 2. præsumpe. 2. per tot. cap. in istis §. leges dist. 4. ubi Dominic. Fel. in c. I.
9. num. 12. vers. intellige 4. & num. 13. vers. considera secundo de Treuaga & pace. Ratio est,
quia lex promulgata videtur cum conditione si recipiatur saltē per majorē partē
tom. Navarr. in Manuvals c. 23. n. 41. Dom. Fel. ubi supra, est que id de mente sancti Au-
gusti.

gustini libro de vera religione his verbis, Instituuntur cum promulgatione, firmantur, cum moribus utentium approbantur, sicut enim moribus utentium contrarium nonnullæ leges hodie abrogatae sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur &c. Unde illud Thelephori Papæ, quo decrevit, ut Clerici generaliter à quinquefasto jejunandi propositum susciperent, quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit. Ita tex. *ca. iiii. ss. §. leges dist. 4.*

Secundo, qui tenent peccare illos, qui non servant a Principe legem justè promulgatam, confidetur ramen, quod si res non servatur seu non recipiatur, vidente & conveniente superiore, quod talis superior videatur effectum legis suspendere vel tollere per glo. sing. d. c. i. ubi Abb. Felic. & alii de Treng. & pace. Tercio, justam quis videtur habere causam non servandi legem, quam ab aliis non servari, nec ceptam servari videt. Cum enim lex expiciat utilitatem communem, non videtur legislator unum aut alterum alligate legi, quam alii confubidit non servant, nec servare incipiunt, iusta autem quævis causa excusationem præber non servatae legis humanæ. *Narr. in Mala. lib. 2. cap. 23. num. 43. Archib. in c. uinam dist. 76. S. Thomas i. 2. quest. 96 art. 6. & 2. 2. quest. 147 art. 3. arg. cap. crit. autem lex dist. 4.*

Postremo eandem conclusionem latè confirmat Menoch. in suis præsumptionibus, lib. 2. præf. 2. per tot. his verbis. Non certe fatis est leges fuisse à legumlatoribus conditas & promulgatae, nisi & cives ipsi eas recipiant ac usu comprobent: nam si non recipiantur, nec præsenties, nec futuros cives suo adstringunt vinculo, quemadmodum omnium est lenititia in c. De Treuga &c. Dubitari autem (inquit) sape contingit, an posteaquam promulgata est, præsumatur uero hominum recepta & comprobata. Quia in re una cum Socino Iun. *conf. 32. num. 47. lib. 3.* existimat, non præsumi usu fuisse receperat, quandoquidem usu recipi est quid facti, quod non præsumiatur, *I. in Bello §. fact. aff. de Captivis Menoch. lib. 6. præf. 34.* nec adversatur autoritas Decii *conf. 6. 49. n. 10. Curiu Iun. conf. 129. num. 12. Gofadini conf. 16. num. 16.* qui videntur sentire leges promulgatas præsumi pariter usu receptas, quia ipsi sine lege, generatione, sine auctoritate loquuntur. Nec ad rem facit, quod inquit Gofadinus, legem semper esse in viridi obseruantia. *I. Arrian. §. cunctis C. de Hereticis. add. ad hunc Articulum not. infra lib. 4. q. 66. Barthol. certa forma nn. 11. C. de jure fisci lib. 10.* id enim ita verum, si in principio fuerit recepta, quo casu adhuc in præsentiarum præsumitur recepta esse ac in viridi observantia. *I. uero Socin. d. conf. 32. 47. Menoch. d. præsumpt. 2. qua de re infra lib. 4. quest. 66.*

Quinta quæstio, An lex non recepta ab eam ignorantibus ita enervetur, sicut non recepta ab eam scientibus? Pro negativa, scilicet quod lex non enervetur, signanter eam non recipient, est quod definetudo legis non oriatur, si casus ei contrarius non occurrat, *I. Joan. Andr. cap. Ioannes de Clerico conjugato, late Felic. d. 14. cap. 1. numer. 10. de Treng. Cum autem ignoratur lex, non videatur occurtere catus*

casus, in quo ea sit videntur, item non recipientes vel observantes legem, eo quod ignorant, non intendunt eam tollere, actus enim agentium non operatur ultra intentionem, nec voluntas fertur in incognitum, l. noui omnis ff. sive per. cap. fin. de preb. in 6. At vero pro contraria sententia, nempe quod par sit, sive lex per ignorantibus non recipiatur, sive per scientes, stat uirgens ratio, quod justior si causa non observantum legem per ignorantiam, quam eorum qui scienter nolunt eam admittere. Præterea, ratio enim, lex non recepta non ligat, deque affari præcedenti quæstiuncula dictum est, tam viget in ignorantibus, quam in scientibus. Nempe quod non sit usum confirmata, arg. i. de quibus ff. de legib. DD. in præcedenti loco,

15 Ad argumentum contrarium respondemus, quod desuertido quidem, seu non usum legis ignorata sine contraventione non tollit legem ignoratam, sicut in Hermaphroditio, qui eti non nascatur intra annos mille; Nihilominus tamen stabit vigore ratio legis, sicutur ff. de statu hom. At negamus quod omnis usus legis ignorata sit absque contraventione ipsius, & proinde negandum, quod non tollatur per deluetudinem ignorantium & utentium contra illam occurrentibus casibus. Unde sit, quod lex Papæ ignorata per omnes homines aliquius provinciæ, vel maiorem partem eorum, qui ea non sunt usi, tempore in id sufficienti contraveniendo ei in casibus occurrentibus censetur energeta quo ad illam, Navar. conf. i. nn. 27. vers. ex quo se- quitur de confit.

16 17 Sexta quæstio. An sint paria legem à legislatore revocari, vel à subditis non recipi? Minime, quia non sunt paria legem esse latam & promulgatam, & conditio nem ne liget, nisi recepta sit, & legem non esse latam nec promulgatam. Ratio est, quia lex nondum recepta potest ex post facto, murata subditorum voluntate sine aliis, qua alia promulgatione recipi, quia vis ejus & substantia durat, licet sit in suspense, At vero, si revocetur, opus est iterata promulgatione, Semel enim extinctum, revisceri non potest, nisi Autor potens à novo illud idem producat. l. quiret S. aream

19 ff. de solut. cap. quam periculosem, ubi glo. 7. quæst. 1. Simile est non esse paria rescriptum esse ipso jure nullum, vel esse validum, sed elibile per exceptionem. cap. 1. de Rescript. in 6. cap. ceterum extr. eod. illud enim nequidem adversatio racente seu non opponente vires non assumit, sed remanet inutile. glo. communiter recepta d. c. i. Hoc vero juxta communam, parte non opponente valer, D. D. d. cap. ceterum & cap. ex tenore de rescript. Navarr. d. conf. i. n. 28.

20 Unde sequitur, leges Concilii Trid. novum jus inducentes, non censeri perisse aut revocatas, licet in quibusdam provinciis non sint receptæ, sed quadrantes tantum suspensas esse, statim vites sortituras, ac provinciæ eas receperint. Navarr. d. conf. i. num. 29.

21 Sequitur secundo, legem, qua non est recepta in aliqua terra ob ignorantiam ejus, simul ac habita ejus scientia recepta fuerit, perinde ligaturam eos, qui terram il-

lam

Iam incolunt; ac si à principio fuisset recepta quo ad actus, prædictam scientiam & receptionem consecuturos. *Navarr. d.n.29. vers. 2.*

Quæstio septima. Sintne omnes obligati in foro conscientiæ ob servanda decreta Concilii Trid. quæ ad mores & reformationem spectant, cum apud eos non fuit promulgata ab ordinariis, nec synodaliter in universa provincia recepta? articulus hic arduus est & difficilis, ideoque cautius in eo procedendum, sequendo auctoritatem & vestigia insigntis & docti Navar. *Conf. i. q. 8. de constit. Ratio dubitandi (inquit) est, quia Conc. Trid. jubet omnia publicari, adeo quod nulla specialior potest esse ratio in uno articulo Conc. Trid. quam in alio, ut est tesi. 2. 4. c. 1. de Reform. cuius ratio videtur militare in omnibus aliis. Deinde lex promulgata non tamen confirmata observatione, non obligat, ut dictum est quæst. 2. § 3. minus videtur obligare, quæ ab ordinario neque est recepta, neque promulgata, neque observata. Præterea, videmus universales leges diversimode observati, immo quodam omnino non observari, ut est in jejuniis, festis diebus, &c. Itaque respondeo cum eodem Navarro d. q. 8. num. 32. determinationem hujus questionis relinquendam esse summo Pontifici, seu sacra Congregationi, cuius est proprium leges, privilegia, seu Concilia interpretari per not. late infra à nobis lib. 2. qu. 13. tum quia Pontifex tibi Bulla confirmatoria ejusdem Concilii interpretatione referavit *Pius IV. Anno 1564. 15. Kal. Aug. Anno ejus 5.* cum quia glossa ultima dixit, quod quæstio de tempore a quo incipiat ligare nova constitutio, requirat declarationem sum. Pont.*

Nihilominus tamen, salvâ interpretatione summi Pontificis, dico primo, ex Navarro d. n. 32. vers. 4. quod constitutiones Conc. Trid. novæ, sive quæ jux novum induxerunt, non ligant, v.g. Polonus in Polonia degentes qui eas ignorant probabiliter. *Navarr. in Manuali cap. 23. n. 25. per cap. turbatur na vicula §. notandum 1. q. 4. c. 2. de const. ubi D.D. magna ubi D.D. de verb. sign. Alex. conf. i. col. 4. vol. 2. Navar. d. conf. i. n. 1. 25. & scq. de constit. Ignorantia enim non modo facti, sed juris excusat ab omni pena extra ordinaria. v. Navar. conf. i. n. 4. & seqq. de septe. Sair. tract. sup. cit.*

Dico 2. ex eodem Navarro d. vers. 4. quod dictæ constitutiones Conc. Trid. non ligant eos qui eas sciunt, non quidem ea ratione, quod illæ non sunt promulgatae, sed èo quod non sunt receptæ à principio, neque per decennium postea. Rationes sunt quas superscripsi qu. 4. & 5. adjecti per decennium postea, quia ad tollendum vires legis humanæ nondum receptæ, sufficit tempus decem annorum; si vero fuerit lex Canonica recepta, opus sunt 40. anni. *Calder. & Imo. cap. 1. de Treuaga. Navarr. conf. 28. n. 2. de statu monach.*

Dico tertio ex eodem. *quæstion. 9. conf. i. de constit. quod Bulla Pontificum v.g. de 27. pena non legentium horas, de confidentiis, censibus, cambiis, cœnæ Domini, &c. publicatæ Romæ ligent provinciales, v.g. Polonus scientes eas Romæ esse publicatas, quod etiam ipse Cajetanus præsupponit, dum sociam excusat. dixi sup. quæst. 3. adeo*

R

ad eum quod provinciales ex defectu promulgationis non excusentur, licet ex defec-
tu receptionis excusari possint, ut dictum est partim quæst. 3. partim quæst. 5. Navarr. d.
28 quæst. 9. n. 33. Quia in te notandum tamen, quod ita est ut locus excommunicationis quoad
Bullam cœnac; cuia esim quotannis reperatur, ac processus Bullæ istius feratur potius
in modum præcepti, quam legi, ac sententia excommunicationis faciat contra
eos, quos Papa sicut nolle ejus mandata recipere, non posse dici quod ea feratur sub
conditione si acceptur, prout nec eidem Bullæ accommodari, quæ quotannis re-
petitur, quæ superius de lege non recepta dicta sunt, Navarr. d. num. 33. vide infra
num. 35.

29 Dico quartù legem, Concilium, seu constitutionem pro parte tantum recep-
tam, pro ea tantum parte quæ recepta est ligare, pro alia verò minimè. Navarr.
in Manuali. 23. n. 62. vers. 10. quod sicut lex & cons. 4. num. 1. de celebr. missar. & cons. 4.
n. 4. de injur. uiridit. quod papa non debeat ante sententiam, quia lex non alter re-
cepit eis.

30 Quæstio octava, an & quando posteriores Papæ constitutiones censeantur deroga-
re Concilio Tridentino?

31 Dico primum, Papam pro libito suæ voluntatis derogare, abrogare, revocare posse
constitutiones Concilii generalis, quæ fidem non concernunt, aut universalem statu-
tum Ecclesiæ, pendente enim omnia concilia ab auctoritate Pontificis, in illo semper
per ejus auctoritas excerpta censemur, cap. significasti de elect. glo. cap. si periculum de e-
lect. in 6. Abb. cap. ex gesu de Clericis non refid. glo. cap. statutum de Rescript. in 6. cap. ad
Monast. ubi glo. ver. abdicatione fratru Regular. ca. post translationem de Renunt. H. St. in
Summa de Dispensat. §. vers. aliqui etiam dicunt. Anton. de Rosell tract. de cons. Rubro.
Qualis in causis nn. 8. & passim ubique, Borgasius tract. de irregulari. part. 3. Tit. de Dis-
pensatione Concilii Generalis num. 6. & seqq. Feliz. in Report. verb. sententia Papæ fol. 119.
column. 4.

32 Dico secundū, solius esse Papæ derogare Concilii. Fel. ca. 1. n. 24. & 25. de Cons.
qui tamen difficilius contra ea dispensare solet, ex quo sunt in majori & firmiori auctoritate
roborata, rex. cap. post translationem, ibi aliquorum durum de Renunt. ca. ex parte
de capell. Monach. Rom. cons. 327. n. 6. Imd. sibi ipsi injuriam facere dicitur, cum Decreta
sua aut prædecessorum intervertit, text. e. f. ea 25. q. 2. ca. quod verò eodem tit. & cap.
Institutionis. Rom. ab hispran. q. cap. Injustitia 25. quæst. 1. Boer. de potest. legati à lateren. 55
& seqq. adeo quod ejusmodi dispensatio seu derogatio, nisi de enixa ejus voluntate
conferet, surreptitia presumatur. Marsilius sing. 8.

Dico tertium, requiri specificam mentionem & derogationem Concilii, alioquin
gratia censemur surreptitia glo. cap. e. parte verb. de quo nulla mentio de Co. e. Mon-
nach. late Anton. Milius in Report. verb. Gratia facta contra generale Concilium an-
censetur. Feliz. cap. nonnulli numer. 2. & 3. de Rescript. dixi supra cap. 12. numer. 5. maxi-
mè

Si gratia facta sit ad preces & postulationem alicujus, tum enim taciturnitas ejus quod
privatum difficilem reddit ad concedendum, inficeret soler rescriptum si sit gra-
tiolem in ipso jure; si vero ad lites ope exceptionis, cap. postulasti in verb. de levi non
scribimus de Rescript. cap. cum adeo, cap. si proponente eodem Rom. d. cons. 327 n. 2. dixi
hoc eodem capite quesit. 6.

Quae tamen conclusio temperanda est, nisi ejusmodi concessio emanaverit motu 34
proprio, vel ex certa scientia, cuius clausula magna vis variisque effectus, vide ea, si mo-
tu proprio ubi DD. deprehend. in 6. l.ue Rom. d. cons. 37 n. 9. & seqq.

Tunc autem cenfetur Papa aliud concessisse ex certa scientia, vel cum ipse 35
hoc exprimit in rescripto glo. Clem. & si principalis de refer. & in cap. statutum verb.
litterarum cod. in 6. per l. Idem ulp. ff. de excus. tuit. aut cum in rescripto apponit verbo
privilegii vel Concilii cui vult derogare, cap. Penult. de Confirmat. utile vel inutili ubi
DD. glo. cap. Pastorali 5. præterea super verbex certa scientia de offic. deleg. aut quan-
do dicit se id fecisse cum causa cognitionis, gloss. d. 9. præterea Roman. d. cons. 237.
n. 7. & 8. qua de re memini me quædam superius tradidisse, quæ videri poterunt
libr. cap. 11.

An autem & quatenus Concilium, seu quævis alia constitutio Papalis allegan-
da sit, reproducenda que apud acta, non immerito dubitari posset. Paucis videtur,
quod constitutio Papalis sit alleganda & probanda, ad instar extravagantis, qui re-
producendi debet apud acta. Alexand. & DD. I. cum pro latissimis de re iud. Fel. cap. Pastorali
num. 4 de fide Instr. Cassador. super reg. Cancell. dec. 7. num. 8. & dec. 12. colum. 1.
legem enim extravagantem quilibet ignorante presumitur. Baldus I. leges sacratissi-
mae C. de legibus, Alciat. de Præf. Reg. 3. præsumpt. 31. in fine, Menoch. libr. 2. pref. 3.
num. 11. E contra vero, quod non sit necesse, decidit in materia Aegidiana Ro-
ta Capita q. 442. Constitutio enim quæ est multum nota in curia, non est necel-
sario reproducenda. Felin. cap. 1. num. 12. vers. secundus casus de re iud. & d. cap. Pas-
toralia num. 7. Cassador. de pensionibus dec. 2. numer. 6. cum adductis per Guilielmum
Mauerum in l. res judicata num. 33. ff. de Reg. Iuris. Mandofus ad reg. Can-
cell. 28. Idem in Aegidiana decidit Cæsar Contardus Advocatus Rom. ad l. uni-
cam quæst. 2. ad Aegidianam C. si à moment. possit. fol. 326. impressionis Veneta vide se-
pra num. 28.

Itaque concludendum est, constitutionem multum notoriam non esse opus alle-
gare, at vero non notoriam opus esse, quæ in re inservient quæ inferius de notoria ex-
emptione notavimus, ad quarum lectionem ne a sum agamus, satis sit lectorem rele-
gare. libr. 2. quæst. 6. num. 23. usque ad num. 34.

Similiter quæ traduntur à Doctoribus consuetudinem notoriam non opus esse 37
allegare, aut probare, quem articulum præter ceteros Coletus longe lateque per-
secutus est. De processibus excusivis part. 1. cap. 3. num. 54. fol. 109. DD. in l. unica

Cuiusque de sunt ad voc. part. index supplet. Item quod judex sequi debet statutum in iudicando, etiam si non fuerit apud acta reproductum, qua in te etiam non insisto.
v. Bald. d.l.unica.

- 39 Ultrum autem extravagantes & constitutiones Papales servandae sint in Regnis quo ad temporalia Dominio Ecclesie temporali non subjectis, utramque in partem late disputatur à Navarro *in cap. novit. de Judic.* Pro parte quidem negante in 3. notabilis pro affirmante vero in 6. notat. Paucis, quatenus sunt Juris naturalis vel etiam divini declaratoria, aut animæ præjudicium, seu spiritualia concerentes, ab omnibus sine discrimine sunt obliteranda. *Navar. in comment. de iuris n. 106. quest. 5. ad Extravag. Piu V. verf. omissta tamen.* Et conf. 1. de foro compet. ubi late Franc. cap. 2. nn. 5. Et 6. de arbitr. in 6. At vero, si non feruntur circa spiritualia, neque circa ea que concernunt animæ periculum, vel Religionem Christianam, sed circa alia mere temporalia, & profana, eo casu constitutiones in foro Canonico tantum observabuntur, non autem in foro Seculari. *Navarr. d. num. 106. vers. secundo in verbis, tum quia glossa pertext.* Et gloss. in cap. 2. de arbitr. in 6. Et gloss. cap. cum contingent. de iure iurandi. Quia in ejusmodi mei è profanis non est mens Pontificis turbandi Jurisdictionem Regum in temporali Dominio sibi non subjectorum. *Navarr. fuge de notab. 3.* Neque etiam id posset, ut doctè tradit. *Francus d. cap. 2. n. 5. Et 6.* Nam ut inquit Poeta, divisum Imperium cum Jove Cæsar habet. *late Navarr. d. notab. 3. num. 23. Et seqq.* Idque nisi deficiat lex civilis, si enim deficiente lege recurriri solet ad consuetudinaria, longe magis ad Pontificiam constitutionem recurriri debet. *Franc. d. num. 5. vers. 5. ubi deficit lex civiles:* sed cum modo, quem dixi. Neque enim confundenda est auctoritas Pontificum, & Regum, cum aliquoquin turbarentur Regna, Provinciae & Clerus ipse, ut loquitur Ioan. Gerson, *in tract. de Potestate Ecclesiast.* quod accidit ex ignorantia distinctionis potestatis, que est in S. Pontifice, & quæ à Deo & ab hominibus concessæ est & addita. Suis enim terminis ita potestas Ecclesiastica coercere se debet, ut meminerit Sæcularem potestatem etiam apud infideles sua propria habere jura, suas dignitates, suas leges, sua judicia, de quibus se occupare Ecclesiastica potestas non presumat vel usurpet (verba sunt Geronis) nisi dum redundat abusus potestatis Sæcularis in expugnationem fidei & blasphemiam in Creatoris, & in manifestam potestatis Ecclesiastica injuriam: tunc enim Ecclesiastica potestas habet Dominium regitivum, directivum regulativum & ordinativum, qua de latius scribit Pet. Gregorii *lib. 7. de Repub. cap. 2. per tot. Il-* lustrissimus Cardinalis Bellarminus, alioq; quamplurimi, qui latum hujus materiarum campum ad sudorem usque percurserunt.

Nos alio versum pedem
transfere-
mus.

PARS